Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



oleo exultationis praeparati
capibus tuis. Vide et quid dicat
dilexisti iniquid iustitiam &
odisti iniquitatem. Non sufficiat
diligere iustitiam sed econtra
rio vide et quid dicat. & odisti
iniquitatem propterea
unxit te deus deus tuus oleo exul
tationis praeparticipib; tuis.
Hoc ad xpm dicitur ideo tu
unctus es ut ceteros ungeres
unctus es oleo exultationis
praeparticipib; tuis
Hoc. ē. plus quam apostoli tui
tu enim unctu habuisti fon
tem illi stillam habuerunt
Sicut unguentū in capite pre
te & nobis dns ut hoc ungen
tum descendat quod uenit
in barbam hoc. ē. in uir ū
pfectum aaron a cron in
sacerdotem aaron aut
interpraetatur montanus.
Vide ne forte iste sacerdos
non. ē. de uallib; sed de
montib; est barba inquit
aaron quod unguentum in
capite uenit in barbam.
A uero do uenit ad hominē
quem. ē. dignatus assumere
& quid nobis prodest barba
ista uncta & uir iste pfectus
uideamus quos pfectus
habeat.
÷ Quod dicendum non aestimen
tis eius. Nos si uere timentū
xpi sumus Nuditatem aut eius
nra uestimur fide.
Ecce nudus pendet in cruce
scandalum iudeis gentilib;
stultitia. & tamen nra fide
& sermone & confessione
uestimur. Noe in domo sua
nudus iacuit & apparebat
ignominia eius. maior filius
inrisit & minor texit
& hoc totū quare dico ut osten
dam nos uestimentum. ē. xpi.
Rem uobis dico nouam
immo non nouam sed
scripturis Nos uestimen
tum xpi sumus & cum illū
nra confessione uestiri m?
Rursum ipsum xpm induimur
dicit enim & apostolus quod
uestimentum nrm xpus est
quando enim baptizamur
xpm induimur & uestimur
Vultis scire quo modo uestia
mus dnm legimus in hieremia
accipe tibi inquit lumbare
& uade inquit ad eufraten
& pone illū in foramine pe
trae